Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

credimus quod predicas. Mox in-
crepavit utrumque demonem;
et egressi sunt a corporibus obses-
sis. Dimissique vel senex vel
adolescens redierunt ad propria
sua. Beatus vero apostolus lavans
disserebat quia inimicus
humani generis ubique insi-
diatur sive in lavacris si-
ve in fluminibus et idcirco no-
men domini assidue invocandum
esse ut is qui vult insidi-
ari non habeat potestatem. Quod
videntes viri civitatis ve-
niebant et afferebant egrotos
ponentes ante eum et curabantur.
Sed et de aliis civitatibus
veniebant cum infirmis et
ipsi sanabantur et libenter au-
diebant verbum dei.

Cum ageretur ecce quidam
senex nykolaus nomine
scissis vestibus venit ad apo-
stolum dicens. Famule dei ecce.
lxxx et iiii anni sunt vite mee
in quibus ab immundicia et
scorto ac fornicatione ple-
rumque preceps deductus
ad lupanar et exercebam il-
licita. Et nunc tertia dies est
in qua audivi miracula
que agis et predicationes tu-
as que sunt plene verbis vi-
te. cogitabam enim mecum ut
relicto hoc opere venirem ad
te ut mihi ostenderes meliora.
Sed dum hec cogitarem veni-
ebat mihi alius sensus ut hoc re-
linquerem et non facerem bonum
quod cogitabam. Luctante igitur
conscientia mea accepi evangelium
et oravi dominum ut hec me
faceret aliquando oblivisci. Post
dies vero paucos oblitus evangelii
quod super me erat inflate man
cogitatione perversa abii iterum
ad lupanar et ecce mulier meretrix
videns me ait. Egredere senex
egredere. angelus enim dei es tu
ne contingas me neque ap-
propinques in hoc loco. Vi-
deo enim in te mysterium
magnum. Tamque ego ob-
stupescens cogitare quid hoc